



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super  
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr  
Sirhasirim**

**Wolbero <de Sancto Pantaleone>**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Versvs XIII. Mandragorae dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma  
noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10027**

Quid sit man-  
ne surgere  
ad vineas &  
videre si vi-  
nea floruit,  
si flores fru-  
ctus par-  
tiunt, si flo-  
ruerunt ma-  
la punica.

*Ad has autem vineas ex circumci-  
sione & præputio plantatas, manè  
surgamus, in exortu scilicet fidei,  
quando verus Sol in cordibus cre-  
dientium oriri cœperit, & suæ sapi-  
entiæ claritate irradiare, & virtutis  
calore accendere: videamus si vinea  
floruit, hoc est si iam vñus Christiano-  
rum populus factus initia bono-  
rum operum protulit, si flores fructus  
parturiunt, hoc est si ipsa initia ad  
integritatem & perfectionem ali-  
quam assurgere conantur; si florue-  
runt mala punica, hoc est si tanto Dei  
amore flagrent, ut non solum mente,  
sed & corpore pro eo patidesi-  
derent.*

*In vineis po-  
pulo & cir-  
cumcisione  
& præputio  
dare vbera,  
est Sacra-  
menta duo.  
xum testa-  
mentorum  
referare.*

*Ibi dabo tibi vbera mea: postquam  
enim hos duos populos per unita-  
tem fidei vnum fecerimus, & ad  
boni operis studium promoueri-  
mus, tunc ad laudem tui nominis,  
ô dilecte, Sacra menta quæ ex subtili-  
tate duorum testamentorum tuo  
munere cognouiimus, eis quoque  
committemus, quatenus in eis  
semper & ad maiora virtutum ope-  
ra nutriantur, & contra mundi ten-  
tamenta roborentur, & ad futuræ  
beatitudinis bona appetenda mag-  
is accendantur. Confidenter  
quippe prædicabo, & præcepto-  
rum tuorum Sacra menta referabo,  
quoniam habeo spem fructifican-  
di, & effectum boni operis conse-  
quendi. Vnde? quia mandra-  
goræ dederunt odo-  
rem.*

## VERVS XIII.

*Mandragoræ dederunt odorem in por-  
tis nostris. Omnia poma noua & vetera,  
dilecte mi, seruauit tibi.*

*Ipse nempe odor spem mihi af-  
fert prædicandi, quia credo ex  
odore illo consequenter prouenire  
utilitatem fructus parcipendi. Sed  
considerandum diligenter quæ sit  
ista Mandragora quisue huius man-  
dragoræ odor. Si ad literam respicias,  
mandragora est herba aromaticæ, <sup>Mandragora</sup> secundum  
quæ ad similitudinem humanorum <sup>literam de-</sup>  
membrorum formata solo capite scriptio.  
caret, cuius virtus est, ut in potum  
data his quos vigilia premūt, som-  
num adducat & requiem; porro  
steriles in ea vtantur, concipere fa-  
ciat.*

*Siverò spiritualem sensum at-  
tendas, Mandragora non absurde <sup>Mandragora</sup> secundum  
accipi potest gentilitatis conuer-<sup>spī ritualem</sup>  
sio, quæ quam diu in sui erroris pra-<sup>sensum fig-</sup>  
uitate agebatur, non inani tantum, <sup>nificat po-</sup>  
sed etiam exitiabili labore fatiga-<sup>pulum gen-</sup>  
batur, sed postquam conuersa De-<sup>tilem.</sup>  
um agnoscerè cœpit, & curis & vo-  
luptatibus reum sacerularium minus  
vigilare imo magis quam dormire,  
& à prauo labore huius mundi qui-  
escere didicit; & quæ prius à bono  
opere sterilis erat, postmodum fœ-  
cunda virtutibus extitit, impleta.  
Prophetia, quæ dicit, latare sterilis Gal. 4.  
que non paris, erumpere & clama quæ non  
partu-*

*parturis, quia multi filii deserta magis, quam eius quæ habet virum. Mandragora verò, vt diximus, cum habeat humani corporis similitudinē capite caret, quia gentilis populus cum naturaliter ratione vigeret, ad discretionem boni & mali, tamen ipsa vis rationis hac in parte in eo hebetata erat, qua creatorem suum cognoscere non valebat, quem quia in sui cognitione non habebat, quasi capite carebat.*

*Mandragora  
item Iudeos  
significat.*

*Iudaicus quoque populus per mandragoram significari potest, qui dum ratione per obseruantiam legis vteretur, caput tamen non habebat, quia Christum suscipere recusabat; sed mandragora ista postmodum odorem dedit, quia quæ prius per infidelitatem sterilis fuerat, postea credens multos Deo filios generabat. Mandragora ergo odorem dedevunt in portis nostris, quia Iudaicus & gentilis populus te, ô dilecte, in cœlum ascende, per tuam gratiam conuersione & meam prædicationem fidei Sa- lutorum & gentium. cramenta suscepérunt. Quenam autem sunt istæ portæ, in quibus credentem populum dicit dilecta odorem dedisse?*

Nimirum si diligenter consideres, agnoscere poteris per quas portas, anima Deum inuenire cupiens, paulatim usque ad ipsa cubilis secreta progrediatur: primò namque in homine est animi concepcionis, qua concipit id, cuius summam adipisci desiderat, quo con-

cepto quid vel quale sit inuestigat, donec ipsius cognitionem habeat; cognito autem eo amplectitur, & siceo ad utilitatem sui vtitur, vt omnem eius integratatem ad se quādoque conuertere conetur. Estergo in unoquoque credituro quædā porta & quasi primus ad Deum introitus, prima fidei in animo conceptio qua voluntatem credendi accipit, deinde ipsius fidei inuestigatio vt cognoscat quid vel qualiter credere debeat; postquam secundam inuestigationis portam aperitur ei tertia porta fidei scilicet cognitio, post cognitionem sequitur operatio, sine qua fides otiosa esse decernitur, benè autem operantem Deo coniungit mundi cordis contemplatio.

*Per has ergo portas ad Deum veni- Quæ sunt  
re contendentes, in ipsarum porta- portæ in  
rum introitu, bonæ voluntatis odo- quibus mā-  
rem spargunt; sed iste odor per se dragoræ  
memoran- cundam portam inuestigatæ fidei tur odorem  
transiens, tertiam quoque cogni- tuum dedi-  
se. tæ fidei iam portam attingens, ac  
deinde quartam operationis portæ  
percurrens, per quintam demum  
contemplatiæ dulcedinis portam  
ad ipsa interiora cœlestis Sponsi se-  
creta illabitur.*

Cum ergo mandragora dant odorem in his portis, cuius est, quod Deum quærentes animæ ad fructum boni operis iam maturescunt.

Digna ergo gratulatione Sponsa  
Ii 2 dilecto

dilecto alludit dicens, mandragoræ dederunt odorem in portis nostris, quia dum Ecclesia filiorum suorum profectam intendit, competentes Deo gratiarum actiones persoluit. Vnde magis ad prædicationem accingitur, quia in eorum cordibus proficere sperat, quos ad Deum toto corde conuersos esse considerat. Ipsum verò profectum suum non suo labore & industria, sed diuinæ gratiæ imputat dicens, omnia poma noua &c. vetera, dilecte mi, seruauit tibi.

*Per poma  
noua & ve-  
tera Sponso  
à Sponsa  
seruata ac-  
cepitur fra-  
ctus veteris  
& noui te-  
stamenti ad  
ipius hono-  
rem relatus.*

Ad tuum, inquit, honorem seruauit, ô dilecte, omnem fructum Sanctitatis, quem ex veteris vel noui testamenti institutione cognoui, siue quem ex præceptorum informatione didici, siue quem ex Patri vita & moribus imitando collegi. Tui enim hoc est muneris, non mei laboris, vel quod ipsa benè viuendo & docendo profeci, vel quod alij meo exemplo siue doctrina proficere potuerunt.

*Pomorum  
item nouo-  
rum & vete-  
rum reser-  
vatio est my-  
steriorum  
veteris &  
noui testa-  
menti de  
Christi nati-  
uitate & pas-  
sione in fi-  
gura & veri-  
tibus & audientibus fructum in eis  
ræc ostensio  
& expositio.*

Siue ut alio modo dicam, omnia poma noua & vetera seruauit tibi, quia omnia quæ in veteri testamento mysterialiter facta & dicta, in novo autem realiter exhibita leguntur, de tua nativitate, passione, resurrectione, & ascensione, scriptra docui & exposui, cunctisq; legendis & bona operationis ostendi.

## CAPVT OCTAVVM.

1. **Q**uis mihi det te fratrem meum, fugentem ubera matris mee, vt inueniam te foris: & deosculer te, & iam me nemo despiciat.
2. Apprehendam te & ducam te in domum Matris mea. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.
3. Læua eius sub capite meo, & dexter illius amplexabitur me.
4. Adiuro vos filia Ierusalem, ne suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectanz donec ipsa velit.
5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectū suum? Sub arbore malo suscitaue te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.
6. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum; quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut inferus emulatio; lāpades eius lampades ignis atq; flamarum.
7. Aquæ multæ non poterunt extingue re charitatem, nec flumina obru ent illam si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.
8. Soror nostra paruula est, & ubera non habet.

*Quid*